

Atq; ut credatis, Bethula sub moenibus Urbis,
 Clara stat in tenui cespite structa casa:
 Huc agite, et subito ad cunas properate puelli,
 Qui facit exigua sindone lectus huius.
 Pastores dictis parent, atq; omnia vera
 Dixerat ut veniens Coelica turba, vident,
 Ad pueriq; cadunt submissis poplite cunas,
 Ejus opem humiles auxiliumq; petunt.
 Angelica ecce autem magna cum voce caterva
 Insequitur, Dominum glorificatq; solum:
 Gloria filii celsi Domino super aethera Coeli,
 Sub cuius nutu stantq; caduntq; vices,
 Omniaq; in sancta latebat pace per orbem,
 Omnis pax maneat non moritura loco,
 Iuraq; moris hominum sit, et omnis criminis expertis,
 Et cui non insint invidia atq; doli.
 Sic, sic turba canit: cur nos, quos gloria rerum
 Instaurum tangit, non caueremus, idem?
 Gratia hinc mentis Dei canimus pia carmina nato:
 Laus tibi sit, tibi sit gloria, filii tibi honos,
 Qui Deus es, mundumq; per omnia secula complex,
 Quiq; solum a patris numine vulmen habes:
 Qui sanctum es verbum, quod condidit omnia, quicquid
 Ah sol videt, et quicquid pallida Luna videt.
 Ah nos septem frapites, miseriq; parentem
 Et concilia, in superas nosq; levato domos,
 Et quia nos atra rapuisti de faucibus orci,
 Eumenides vincens, o puer ipse Deus,
 Collige perpetuos, coetum, qui duret in annos,
 Et qui se vero semper honore colat:
 Longius a nobis Scythicum depelle tyrannum,
 Pelle pagam, qui vult verbum abolere solum.
 Sic crimine semper fraterno numine tuti,
 Hocq; tuum merita laude caueremus opus.

Joh. Viurus
 Cossã-Sil.